



**S. Caecilii Cypriani Carthaginiensis Episcopi, Totivs
Africae Primatis Et Gloriosissimi Martyris Opera**

Cyprianus, Thascius Caecilius <Heiliger>

Coloniae Agrippinae, 1617

LX. Ad Episcopos Numidas de redemptione fratrum ex captiuitate
Barbarorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80176](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80176)

tamen priorem reperire est in alijs Ms. Excusis omnibus atque adeo a-
pod Aug. magis illa placet.

7 Sunamitis viduæ filium] *Ex Angl. cod. recens adiecimus: Sunamitis in ceteris desideratur.*

8. atas nostra in incrementis, &c. habere discrimen] Sic cod. Afflig. March., Dun. & Manusius. Cauchius vero Remboldus, Froben. & Col. excus. etatis nostræ haberi discrimen, vtrique non male; ceteri excuspi corrupte: etatis nostræ habere. Morelius vero, vetus excuspi & Camb. cod. primam habent, sed omittunt: in illud autem nisi hi, recte legitur, est enim Cypriano vstratiff. ut alicubi diximus.

9. praebeat patrem] *Est magis placeat lectio Costerij: patrem, quia tamen omnes Ms. & exc. legunt: patrem, nihil ausus sum immutare.*

10. ad coelestem gratiam] Sic Ms. omnes Manut. & Morelius; vul-
gati: gloriam, corrupte.

ii. id. est, post Sabbatum primum] Ita Ms. vetus excu. Manitius quoque & Morelius; pro eo quod mendose habebat Semboldus: idem, quare recte ad marginem priorem, lectionem adnotavit Erasmus. Morel. vero: idem quod, legit cum Grauius, sed prior lectio germana est. Porro de die Dominico, quae post Sabbatum primum recte nuncupat, Evangelistas imitatus; videt supra epistolam xxxij.

12. ea lege que iam statuta est] Sic excusati omnes, Ms. vero cuncti: à lege, vox autem, hominem, ommissa à Manutio reperitur in Ms. & excusati, alijs omnibus excepto Cambronensi. & Angl. quare eam iterum adiecit.

13. in actibus Apostolorum] Hoc pacto Ms. & excusci omnes prater
solum Manutium, qui reposuit: Actis, verum priorem lectionem genui-
nam esse constat ex epistola ad Antonian. sub fine, ubi sic loquitur: de acti-
bus eius, loquens de Nonatiano: ubi etiam frequenter actus sui memo-
riam facit, quare retinebam ubique prior lectio.

14. Cæterum si homines impedire aliquid ad] Hunc locum iam pridem sic castigaram ex D. Aug. & consentiunt Ms. omnes, cum veter. exc. Remboldi vero errore factum est, ut legeretur: aliud ad.

15. grauissimis delictioribus | Delictor pro peccator vox est Cypriano
peculiaris; qui etiam, non (uti communiter) pro minori, sed potius pro
maiori peccato frequenter abutitur voce: delictum. Pro eo autem quod
M. & excusi omnes habent: multum ante, reperitur apud D. Hieron.
& August. diuolus in locis: multo ante; verum communem lectionem
relinimus, eo quod ita etiam legat Aug. contra duas epistolas Pelag.

16. remissa peccatorum] Etiam he Ms. & excus. cod. lectio tum hic tum paulo post magis placeat, quam quod legitur D. Hieron. & Aug. remissio, nam prior versus Cypria, magos famulantes est, ex Tertulliano mutata, li. c. contra Marcionem

17. tum magis] Particulam: tum, omisam à Manutio, rursus in lectum fuisse repositum, habent enim eam Ms. & excusi ceteri, & elegans est phrasis: cum, tum, Solus versus excusos habet: tamen, sed minus recte.

AD EPISCOPOS NUMIDAS DE
redemptione fratrum ex captiuitate
Barbarorum.

EPISTOLA LX.

ARG. Deplorata sub initium captiuitate fratrum Cyprianus
super episcopos Numidia nuntiata; mirere fere dicit fessitum
centum milia, adscriptis nominibus singulorum tum fratrum &
fororum, tum collegarum, qui aliquid contribuerant. Verisimile est
autem factam hanc captiuitatem ab illis Barbaris, contra quos De-
cius in bellum profectus interfectus est. Primi autem recens edide-
runt hanc epistolam Manutius & Morelius.

CYPRIANVS IANVARIO, MAXIMO,
Proculo, Victori, Modiano, Nemesiano,
Nampulo, & Honorato fratri-
bus Salutem.

126. j. q. 3. **C**VM maximo animi nostri gemitu, & non sine lacrymis legimus litteras vestras, fratres charissimi, quas ad nos pro dilectionis vestrae sollicitudine, & fratrum nostrorum & sororum captiuitate fecistis. Quis enim non doleat in eiusmodi casibus? aut quis non doleat fratris sui suum proprium computet? cum loquatur Apostolus Paulus & dicat. Si patitur vnum membrum, captiuiuntur & cetera membra? si letatur membrum vnum, collaetantur & cetera membra. Et alio loco? Quis infirmatur, inquit, & non ego infirmor? Quare nunc & nobis captiuitas fratrum nostra captiuitas computanda est: & periculatum dolor pro nostro dolore numerandus est: cum sit felicitas aduocationis nostrae corpus vnum, & non tantum dilectio, sed & religio intigare non debeat, & confortare ad fratrum membra redimenda. Nam cum denno Apostolus Paulus dicat: Nescitis quia tempus dei estis, & spiritus dei habitet in vobis? etiam filii charitas non mi-

nus adigeret ad opem fratribus ferendam; considerandum tamen hoc in loco fuit, Dei templa esse, quæ capta sunt; nec pati nos longa cessatione, & neglecto dolore debere; vt diu Dei templa captiua sint, sed quibus possumus vinibus elaborare, & velociter gerere, vt Christus iudicem, & Dominum, & 2^o Deum nostrum promereamur obsequijs nostris. Nam cum dicat Paulus A. postolus: *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis*; in captiuis fratribus nostris cõtemplandus est Christus; & redimendus de periculo captiuitatis, qui nos redemit de periculo mortis: vt qui nos de diaboli faucibus exiit, nunciple, qui manet & habitat in nobis, de barbarorum manibus exuatur; & redimatur nummari quantitate, qui nos cruce redemit, & sanguine: quicquid circa hæc fieri interim patitur, vt fides nostra teneatur, an faciat vnusquisque pro altero, quod pro se fieri vellet, apud Barbaros teneatur ipse captiuus. Quis enim cum humanitatis memor, & mutæ dilectionis admonitus, si pater est, illic esse nunc filios suos computet? si maritus est, vxorem suam illic captiuam teneri cum dolore pariter ac pudore vinculi maritalis existimet: quantus vero communis omnibus nobis mœror est, & cruciatus de periculo virginum, quæ illic teneantur; pro quibus non tantum liberatis, sed pudoris iactura plangenda est; nectam vincula barbarorum, quam lenonum, & lupanarium stupra defendenda sunt; ne membra Christo dicata, & in æternum continentia: honore pudica virtute deuota, insultantium libidine, & contagione fœdentur? Quæ omnia istic secundum litteras vestras fraternitatis nostra cogitans, & dolenter examinans, prompte omnes & libenter ac largiter subsidia nummaria fratribus contulerunt; semper quidem secundum fidem suæ firmitatem ad opus Dei proueni, nunc tamen magis ad opera salutaria contemplatione tanti doloris accendi. Nam cum Dominus in Euangelio suo dicat: *Infirmis suis, & visitatis suis*: quando nunc quoque cum maiore operis nostri mercede didicimus est: *Captiuus sui, & redemistis me*? Et cum de nouo dicat: *In carcere sui, & venistis ad me*; quanto plus est cum cœperit dicere: *In carcere captiuitas fui, & clausus, & vinculis apud Barbaros iacui*; & de carcere illo seruistis liberatis me, cum iudicii dies venerit pramium de Domino recepturi? Denique maximas vobis gratias agimus, quod nos vestra sollicitudinis, & tam bonæ ac necessariæ operationis participes esse voluistis; & vt offerretis nobis agros vberes, in quibus spei nostræ semina mitteremus, expectaturi messem de amplissimis fructibus, qui de hac celestis, & salutari operatione pronuntiant. Misimus autem festertia centum milia nummũm, quæ istic in Ecclesia, cui de Domini indulgentia præsumus, Cleri & plebis apud nos consistentis collatione collectæ sunt: quæ vos illic pro vestra diligentia dispensabitis. Et optamus quidem nihil tale de cætero fieri & fratres nostros Domini maiestate protecos ab eiusmodi periculis incolumes referuari. si tamen ad exploranda nostri animi charitatem, & examinanda nostri pectoris fidem, tale aliquid acciderit, nolite cunctari nunciare hæc nobis litteris vestris; pro certo habentes, Ecclesiam nostrã & fraternitatem istic vniuerſam, ne hæc vltra fiant precibus orare; si facta fuerint, libenter, & largiter subsidia prestare. Vt aures fratres nostros ac forores, qui ad hoc opus tam necessariam prompte ac libenter operati sunt vt semper operentur, in mentem habeatis in orationibus vestris, & eis vicem boni operis? In sacrificijs & precibus representetis subditi nomina singulorum sed & collegarum quoque & confacerdotum nostrorum, qui & ipsi cũ præsentem essent, & suo, & plebis vi nomine, quædã pro viribus contulerunt, nomina addidi; & preter quantitatem propriam nostram, eorum quoque summulas significavi, & misiqueorum omnium secundum quod fides & charitas exigit, in orationibus & precibus vestris meminisse debetis. Oprimus vos fratres charissimi semper benevalere.

ADNO-

ADNOTATIONES IN EPI-
STOLAM LX.

1. Ianuario, Maximo, Proculo, Victori, Modiano, Nemesiano, Nampulo, Honorato] ad eosdem & alios quosdam scribitur, infra quoque epistola lxxvij. quos Numidas Episcopos fuisse constat ex epistola ad Stephanum secunda. Quum autem plures fuerint Ianuarij, Victores, Honorati in Synodo Carthaginiensi, incertum est qui sint illi quorum hic fit mentio. Maximi vero Proculi, Modiani, & Nampuli ibi non fit mentio. Nemesianus à Tubunio cognominatur.

2. Deum nostrum promeremur] Rursum locus de meritis. 3. ne membra Christo dicata] Similem de sanctis virginibus phrasim habes tuam epistola ad Pomponium tum tibi de discipulis & hab. Virg. ubi illam explicatam reperies.

4. ut offerretis nobis agros vberes] Elegans metaphora, qua vberius agri capiores, seminibus Eleemosynas, messis caelestis pramium comparatur.

5. Milisimus autem sestertia centum milia nummum] Ita & Manu & Morel: ego vero aut existimam legendum duntaxat: sestertia centum, ut illud: milia nummum, adiunctum explanationis gratia, ex margine in textum irrepserit, aut quod malim: sestertium centum milia nummum. Quum enim recte adnotauerit lib. de Assu Budaeus (& eam eius sententiam Ciceronis auctoritate confirmet Dion. Lambinus in Horatium) sestertia valere mille sestertios, atque adeo centum sestertia valere centum milia sestertium nummum, excresetur summa illa prior ad duo milia myriadum aureorum. Quae quandoquidem immodica videatur, & posterior ista ad Galliciam monetam redacta valeat duo milia & semis aureorum solarium, ego certe pro ea atate satis magnam fuisse hanc existimo. Atque hac hinc loco sufficiant, donec ex cod. Ms. cortius aliquid liceat adferre probabile tamen sit quod dico, eo quod sola hac nota Hs. scribi soleat olim hac dictio atque adeo inscripta Librariorum scriptum videretur: sestertia, pro: sestertium.

6. Cleri & plebis] Videtur hinc Clerus aliquid proprii habuisse, ex quo suam portionem contribueret, nisi forte Clerum contribuisse dicit, quod ipse Cleri nomine ex ea parte, quae eos continebat, id misisset sicut enim alicubi diximus, in quatuor partes thesauri ecclesiae distribuebantur, quarum una erat Episcopi, una templi, una pauperum & quarta Cleri.

7. in sacrificiis & precibus] Rursum sacrificiorum meminit. 8. quantita: em propriam nostram] Simile quid habes supra epistola xxxvj. Existimo eum utrobique loqui de ea portione qua Episcopi erant.

AD EVCHRATIVUM
de hiftrione.

EPISTOLA LXI.

ARG. Hiftrionem si in turpi artificio persistat, communicare prohibet in ecclesia. Neque vero excusari debere, quod ipse hiftrioniam non exerceat, quandiu illam alios docet: aut ob rei familiaris inopiam, quum ecclesiae sumptibus illi alimenta praestari possint, atque adeo si Ecclesia Eucratij bona non sufficiant, Carthaginensem monet ut veniat.

CYPRIANVS & EVCHRATIO
fratri Salutem.

Lib. 1. ep. 10.

PRO dilectione tua, & verecundia mutua consulendum me existimasti frater charissime, quid mihi videatur de hiftrione quodam, qui apud vos constitutus in eiusdem adhuc artibus suae dedecore perseverat, & magister & doctor non erudiendorum, sed perdendorum puerorum, id quod male didicit, ceteris quoque insinuat: an talis debeat communicare nobiscum. Puto nec maiestati diuinæ, nec evangelicæ disciplinæ congruere, ut pudor & honor Ecclesiae tam turpi & infami contagione foedetur. Nam cum in lege prohibeantur viri induere muliebrem vestem, & maledicti eiusmodi indicentur, quanto maioris est criminis, non tantum muliebria indumenta accipere, sed & gestus quoque turpes, & molles, & muliebres, magisterio impudicæ artis exprimere? Nec excuset se quisquam si à theatro ipse cessauerit, cum tamen hoc ceteros doceat. Non potest enim videri cessasse, qui vicarios substituit, & qui pro se vno plures succedaneos suggerit: contra institutionem Dei, erudiens & docens quodammodo masculus frangatur in feminam, & sexus arte mutetur, & diabolo diuinum plasma maculanti per corrupti atque enervati corporis delicta placeatur. Quod si penuriam talis & necessitatem paupertatis obtendit, potest inter ceteros, qui alimentis

Deut. 22.

Ecclesiae sustinentur, huius quoque necessitas adiuvandi si tamen contentus sit fragilioribus? sed innocentibus cibis. Nec putet salario se esse redimendum, ut à peccatis cesset, quando hoc non nobis sed sibi praestet. ceterum quantum vult inde quaerat. Qualis questus est qui de conuiuio Abraham, Isaac, & Jacob homines rapit, & male ac perniciosè in seculo laginatos, ad aeternæ famis ac siccis supplicia deducit? Ecideo quantum potes, eum ab hac prauitate, & dedecore ad viam innocentiae atque ad spem vitae suae reuoca; ut sit contentus Ecclesiae sumptibus parciotibus quidem sed salutaribus. Quod si illic Ecclesia non sufficit ut laborantibus praestet alimenta, poterit se ad nos transferre, & hic quod sibi ad victum atque ad vestitum necessarium fuerit accipere; nec alios extra Ecclesiam mortalia docere, sed ipse salutaria in Ecclesia discere. Optote filii charissimi semper bene valere.

Mat. 3.

ADNOTATIONES IN EPISTO-
LA LXI.

1. Eucratio] Eucratio legunt recentiores excusi omnes, Ms. vero Afflig. March. Dm. Cambr. Eland. & Cauchy Eugratio; verus exc. & Remboldus Euagrio, verum quum infra Tom. 2. (etiam iuxta Ms. cod.) sententiam dicat in Syn. Carthag. Eucratius, prima lectio optima est, praesertim cum sic etiam legat cod. Ang.

2. Pro dilectione tua & verecundia] Sic Ms. & excusi omnes, excepto cod. Canchy, qui legit: & reuerentia, non male, ut etiam illi peculiare est quod habet: de hiftrione & mago illo.

3. an talis debeat communicare nobiscum. Puto] Etiam hic diuersam ab illis lectionem, habet. hanc nempe: an talibus sacra communio cum ceteris christianis debeat dari aut nobiscum communicare. Puto Cuius auctoritate (quoniam reliquorum videtur superflua repetitio) verba illa: quod ego, quae superflua videbantur, omittere non sum veritus.

4. Nam cum in lege prohibeantur] Alludit ad verba illa Deuter. 22. Non induetur mulier veste virili, nec vir utatur veste feminea. Abominabilis enim apud Deum est qui hoc facit.

5. plures succedaneos] Quod prius vicarios nunc Succedaneos dicit, siue Succedaneos, ut legit Manut. (nam verumque recte legitur) nescio autem an apud alium auctorem aliter quam adiective sumatur hoc vox.

6. quemadmodum masculus &c.] Similia habes epistola supra 2. quae est ad Donatum, praestat autem de obsecrans istis tacere quam loqui.

7. sed innocentibus cibis] Cibos innocentes vocat, qui non crimine aliquo conquiruntur, sed vitæ innocentia.

8. de conuiuio Abraham, Isaac, & Jacob] Alludit ad verba illa Saluatoris Mat. 8. Multi recubebunt cum Abraham, Isaac & Jacob in regno caelorum. Recte autem legunt Manu. Morel. Cauchy & Ms. cod. rapit, pro eo quod erat, rapuit.

AD POMPONIVM DE
Virginibus.

EPISTOLA LXII.

ARG. Cyprianus cum collegis aliquot Pomponio collegere responderet: virgines quae statum continent & firmiter tenere decreuerant, reperiunt tamen postea in eodem lecto cum masculis, si virgines adhuc reperiunt fuerint, communionem recepta admittendas ad ecclesiam; si secus, cum non mariti, sed Christi sint adulterae, ad plenam penitentiam cogendas; quae vero obstinata perseverant, de Ecclesia eiciendas, obiter intericiens discipline genus, quo contineri possint in officio virgines, & quaedam de excommunicandi potestate in Ecclesia.

CYPRIANVS, & CÆCILIVS, VICTOR,
Sedatus, Tertullus, cum presbyteris qui
praesentes aderant, Pomponio
fratri salutem.

LEGIMVS litteras tuas, frater charissime, quas per Paconium fratrem nostrum misisti; postulans & desiderans, ut tibi rescriberemus; quid nobis de iis virginibus videatur, quae cum semel statum suum continenter & firmiter tenere decreuerint, detectae sint postea in eodem lecto pariter mansisse cum masculis. Ex quibus vnum diuinitus esse dicis; plane eandem quae se cum viris dormisse confessae sint, asseuerare se integras esse. Circa quam rem, quoniam consilium nostrum desiderasti, scias nos ab Evangelicis & Apostolicis traditionibus rō

Lib. 1. ep. 11.

rece